



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SSS. Ananias. Azarias.Misael. 16 Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

15 Dec. VITÆ SANCTORVM 615

pisse. Res sic gesta memoratur. Filium Ibericæ matronæ gravimorbo afflictum precibus ad DÉVM fusis valetudini restituerat, cùm ejus facti rumor ad aures reginæ gentis perlatus est, tunc itidem graviter fortè è morbo decumbentis. Ergo, cùm in spem valetudinis & ipsa venisset, deportari servulorum manibus ad Divam nostram voluit. Ibi in lectulo servili collocata sanitatem extemplo & vires recepit, quas frustra in regiis stragulis suspiraverat. Ut verò grata Numini foret, auctor esse conjugi regi cœpit, ut Christo sedéderet, cui morbi & mors ipsa jam parerent. Ille moris moras neccebat, dum inter venandum iratos & cælos, & ventos expertus, & in ultimum vitæ periculum devolutus, opem Christi præsenté ipse etiam sensit. Tum verò templum Déo posuit, in quo Diva hæc columnam, cùm viribus nullis posset, precibus erexit, suspensamque in aëre tam diu servavit, dum spectantibus omnibus suopte motu in locum suum desidéret. Arque in hoc templo primas Christo Iberi aras, pectora sua devovereunt. Gere castum cor, & templum Salomonæ prefiantius erexit. Ex Socrate & Theodor.

Quemadmodum febricitates appetitum & robur amittunt: sic qui principum aulas frequentant, mentem & bonos mores perdere solent, nisi frequenter animo repantan hoc dictum, Nosce te ipsum. Anton. Monach serm. 59. sententiarum.

SSS. ANANIAS. AZARIAS. MISAEL.  
16. Decembris.

A Page vetus Roma cum foculo suo Scævolam atrium! In fornacem hanc oculos mitte, & superari à pueris Hebræis viros tuos specta. Tres erant

erant (ANANIAM, AZARIAM, MISAELLEM dixerunt) principes juventutis, interque ephebos regis Nabuchodonosoris accensi. Hic in eâ ætate formæ gratiam & senectum in pueris sapientiam amabant; at Deus amplius quid, virginem animum & à regiæ mensæ deliciis abstinentem. Ita de adolescentum amore rex magnus & Max. Deus certarunt. Quid nō hic vinceret? Fortè statuam posuit Nabuchodonosor, auream illam, sed superstitione infamem. Facile erat aliis persuadere, ut aurum adorarent, in quo omnis ætas delirat. Vni ex omnibus hi pueri sapuerent, disertis verbis dictitantes regem se, ut par est, veneraturos, ceterum Deum solum adoraturos, & antè morti animam quam statuæ genua submissuros. Stabat fornax valde flammans. In hanc abiiciuntur nobiles animæ. Inhorruit ad facinus ignis, & vim à virtute venerabundus repressit; quin impetu potius in hostes facto longè plurimos corripuit, & succidendas victimas cremavit. Angelus etiam è cælo submissus flamas beato rore temperabat, lenique aura demulcebat juvenes magnanimos. Ergo inter hæc supplicia cantare etiam placuit, & quod plenior foret musica, cælum terraque animare. Iamque Nabuchodonosor ipse innocentiam patrono igne sanctam absolvit, miraculique toto regno per literas præco, divinum honorem rectè homo Numisi transcriptis. Ex Daniele.

Habentes cor ardens in via Domini, & inter ignes saeculi divino igne muniti, sicut illi in camina pueri intersibilantes impetu flamas rorabimur & hymnum Domino inter incendia refrigerantia, Dei filio concinente, cantabimus. S. Paulin. ep. 29.

S. LA-